Inscriptionis obligatoriae rigore tenere et possidere queat. Idque sub radio si-
milis summae Quinquaginta Florenorum pecuniae polonicalis per eundem Reco-
gnoscentem Nobilem Hrechorium Kulczycki sive eius successores praedicto Nobi-
li Jacko Kulczycki obligatoriae suo eiusque Patris ob non completionem
contentorum praemissorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo. Proque quidem vadio modo praemisso ad solvendum
succumbendo ac pro reliqua principali ex praemissis non completa com-
plendisque praemissis citatus existens praenotatus Recognoscens Nobilis Hrechorius
Kulczycki aut eius successores ad instantiam praedicti Nobilis Jacko Kulczy-
cki obligatarii sui aut eius posterorum ad officium praesens Castrense Ca-
pitaneale Praemislien. tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat me-
diante semper in Primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare juri
parere respondere vadium praetactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac
omne judicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem
obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes
causae eiusdem Terminos semper peremptorie verum infirmitate pro maiori minore-
nitate successorum legione intra vel extra Regnum servitio militari ad muni-
menta ad evictionem vel aliis quibusvis Villationibus et legalibus impedimentis
Nec differendo ad quietionem ultra praenotatos Terminos officii praefati Castrensis
Praemislien. Villonem sibi non recipiendo nullasque moniones appellationes earumque
prosequiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis eva-
sionibus suspensionibus fatalibus juris praeserone Terrestri bello Con-
ventionis tum aliis quibusvis juris remediis ac defensis non fulterfugi-
endo hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

## Kulczycki Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Praemislien. Nobilis Jeelko Kulczycki et Nobilis Pasko Kulczycki filius
sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem Jurisdictioni
Castrensi Capitaneali Praemislien. quo ad actum praesentem attinet se cum
successoribus bonisque suis generalibus omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoscit quia ipse No-
bilis Maruchna Nobilis Jetko Wolosyanowski filiae consortis vero suae

legitimae



legitimae et eius Patris summam Quinquaginta Florenorum quae polonicalis
monetae et numeri in Regno currentis quemlibet Florenum grossis triginta
polonicalis computando Ratione veri dotis et expeditionis ipsam de bonis
paternis et Materiis concernentibus cum eadem Consorte sua levatae et in
Dona sua importatae. Tum et aliam similem summam Quinquagin-
ta Florenorum quae polonicalis ratione certi veri liquidi et iusti Dotalicii in et sup-
tota et integra medietate omnium et singulorum Donorum suorum
hereditariorum et obligatoriorum immobilium et mobilium ac summa-
rum pecuniarum tum auri argenti vestium vestimentorum Decorum Po-
cudum Equiteae ac totius supplicis domesticae nunc habitae et in post habendae
dat dotat dotaliciat inscribit et reformat Quam quidem medietatem
omnium et singulorum Donorum suorum eadem Consorti sua Cum omni
eorum bonorum jure dominio et proprietate omnibusque et singulis utili-
tatibus fructibus proventibus praeditibus emolumentis obventionibus atti-
nentiis et pertinentiis generalibus universis nihil excipiendo tenebit habebit
et possidebit illisque pacifice et quiete uti fruetur more ac ruri aliarum
reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitae.

## Kopystynski Dubrawski et alii Inter-
## cisam inter se Roborant.

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneali Prae-
mislien. Nobiles Joannes Kopystynski ab Una et Andreas Dubra-
wski ab altera tum Joannes Jaworski Nichilominus a Tertia atque Ja-
nussius a Quarta Partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris
Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus rendendo
huic autem Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemislien. quo ad actum
praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generalibus omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum reco-
gnoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognoscit quia
ipsi se ac suos successores in et super bonis suis omnibus ac summis pecuni-
ariis quibusvis habitis et habendis mutuo et invicem una Pars alteri
ac Posteris utriusque Partis inscribunt et obligant praesentibus Intercisa cer-
tam inter se Recognoscentes de Actu et data illius hic Praemislie Feria